



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XVI. Differentia 1. In alienatione rerum immobilium Ecclesiæ solennitas
Iure Canonica, alia Iure Civili requiritur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

ficorum alienatione, præsuppositâ legitima causâ consistat in hisce quatuor punctis. Primum est, ut præcedat tractatus cû Capitulo, hoc est examinetur, an expediat rem alienare, vel non, juxta *c. sine dñi. q. 1. c. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6.* Secundum, ut accedat consensus Capituli per *c. 1. c. Tur. & 10. Tit. de his, que fiunt à pralat. sine cons. Cap. Sufficit autem, ut major pars capitularium, qui tunc præsentés sînt, consentiat. Quod si ante contractum fortè non consentit Capitulum ratum habere postea, & alterum contrahentem ad contractus observationem compellere potest. Interea autem, contractus claudicat favore Ecclesie secundum *Abb. in c. 1. c. 1. & colligitur ex c. cum nos, de his, que fiunt à pral. Tertium est, ut adsit auctoritas prælati, seu consensus, puta Episcopi, Abbatis, præpositi, Generalis ordinis, & c. ut à DD. annotatur in c. 1. n. 5. Si Abbas Episcopo subiectus est, etiam Episcopi consensus requiritur. Quarto denique à Capitularibus subscribendum est juxta *c. Tur. de his, que fiunt à pral. idque saltem in alienatione proprie dictâ, per quam rei dominium transfertur. Hoc tamen ubique non fertur contrariâ consuetudine prædominante, & sufficere Notarii subscriptionem aliqui existimant.***

II. Plura Iure civili ad alienationem bonorum Ecclesie requiri ex *Auth. hoc in prædictum, c. de sacros. eccles. qua re-*

*petitur à Gratiano in c. Ea enim 10. Q. 2. colligi videtur. Verùm ea plures quidem solennitates præscribit, quæ tamen nullam obligationem inducant. Nam ut bene Navarrus animadvertit in *Comm. de rer. Eccles. alien. n. 6.* cum aliis multis, non fuit Gratiano potestas data faciendi de jure laico Canonicum. Vnde leges in decretum relatæ non obtinent propterea majorem auctoritatem, quod adeo verum est, ut locum habeat, quamvis ejusmodi civiles leges gratiam & favorem clericorum contineant. Nihil enim talis favor ad suppleendum defectum potestatis in concedente conducit, *c. Ecclesia S. Maria, de constitut. & ibid. Abb. n. 15. Felin. n. 40. & Dec. n. 24.* Si tamen prædictæ leges per aliquem Canonem approbatæ fuerint, parem cum sacris Canonibus vim & auctoritatem habebunt.*

Quocirca in hac de alienatione bonorum Ecclesiasticorum materiâ neglectis Imp. Constitutionibus, quæ Iure Canonico sancitæ sunt, tantum attendimus, *Covarr. l. 2. Var. c. 17. Mol. Disp. 468. Silv. & alii summ. in v. Alienat. o. Piascius Par. 2. c. 5. a. n. 59. Franc. Leo in thesau. eccles. Par. 1. c. 15. Dom. Soto l. 4. Q. 5. art. 1. Comitol. l. 3. Q. 19. Less. c. 24. dub. 11. Laym. l. 3. tr. 4. c. 10. Escob. r tract. 6. Exam. l. c. 3. Tanner. IH. Q. 4. Dub. 7. n. 184. & seq.*

D

XVII. DIF-

Autonomia.